



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Symma Practica Theologiae Mysticae**

**Gelen, Victor**

**Coloniae Agrippinae, 1652**

Articulus Primus. Quod propria operatio quamdiu in medio transformationis modi ascendentis versatur, sit visus mystici actiuitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9766**

ET SECUNDO

DE IIS QVÆ FIVNT IN MEDIO  
TRANSFORMATIONIS MODI  
ASCENDENTIS.

## PARAPHRASIS DECIMA QVARTA.

**I**N thesauris sapientiae intellectus ac si diceret. dum in infimo status Transformationis modi ascendentis, sapientia ad usum, & vita-lem afficiem excoletur, sicut thesaurus absconditus latet in spiritu; qui quasi sub se curuatus, ad superiores amplitudines, si-tusq; mentales se erigere non poterat: iam vero inuenito intellec-tu in sapientia, modis atque actionibus sibi proportionatis spiritus non amplius sub se procedit; sed tanquam ignis prius in carbone modicum, nunc ut in flamma multum luminis acquirit, in eoque viuit, & degit quod vti fiat, in sequentibus dicendum est. &

- I. Quod propria operatio quādiu in medio Transformationis modi ascendentis ver-satur sit visus mysticæ actiuitas.
- II. In regione proprijs spiritus eleuatur, ac dilatatur mysticas.
- III. Cum luminosa visione ascendit continuo.
- IV. Sub se in profundo mysticus vider regionem inferioris hominis, ac spiritus proprij in alto, spiritus diuini autem super se.
- V. In summo proprijs spiritus attingit regionem spiritus diuini.

## ARTICVLVS PRIMVS.

Quod propria operatio quādiu in medio Transformationis modi ascendentis versatur sit visus mysticæ actiuitas.

**Q**ui fecit caelos b in intellectu, ac si di-  
ceret, o pia anima, cum obiectum  
intellectus mystici sit scientia sapida,

scudonum supernaturalis sapientiae in ordine ad exercitium supereminentis charitatis Dei; poteris toto hoc tem-pore, quo circa sphæram proprijs spiri-tus ascendendo versaris, ordinatam ad diuinæ illustrations deductionem vi-dere, & clarissimè alpicere, vti diuina miseratione factum sit, caelos in intel-lectu esse, ipsamque potentiam in-tel-

a Ecclesiast. b Psal. 135.

collectus per donum sapientiae eousque eleuari, ut tandem ad sublimem regionem spiritus divini pertingat. Ea propter reicta illa centrali, seu fundi interioritate, quæ in Nunc collecto, & sub parui ac intimi ratione procedebat; ad superiores amplitudines, extensiones, latitudines, ac visus te ipsum extendas oportet. illa enim quæ in spiritu proprio ad spiritum Diuinum adstat amplissima viuacitas efficit, ut tanquam umbræ, & imagines cœlestium, eiusmodi quoque magnitudines in inferioribus potentiss, & imaginatione resultent: moderate tamen hoc ipsum contingit, & minus quidem in initio, quam in medio, & magis in fine, seu summo proprij spiritus, quam in eius medio. ubi etiam eeu ex regula generali obseruantur est, propter subtiliorem indies spiritus visum, seu diuini luminis, & beatitudinis communionem, frequenter fieri relapsum ad inferiores vires; in quibus licet non reperiatur positivum taxodium, aut parentia diuina; attamen quidquid in toto homine inferiori, seu ipso suo spiritu minori regione inuenitur, tam grossum, rude, & durum videri, ut sine auerstione ad similia decidere nequeat. unde etiam quantum citius ab eiusmodi inæqualitate se se auerterit, & ad puras spiritus visiones converterit; tanto etiam expeditius ad operationes spiritui proprias admitti poterit. quæ ut in praxi per notabiliores operationes eue-

niant, articulatiū consequenter dicimus;

*In regione proprij spiritus eleuatur,  
ac dilatatur mysticus.*

### ARTICVLVS SECUNDVS.

**S**apientia a foris prædicat, in plateis dat vocem suam. Ac si diceret, ô pia anima, non amplius in hominis inferiori sit, & quasi intemelipsa uti hucusque fieri solebat, Diuina sapientia locum dare debes: nam sapida illa scientia, & fruitionis locus, foris, & ad extendentem dilationem prædicat, loquitionibusque suis allicit, & in plateis, ac spatijs amplioribus vocem suam dat, atque ad spiritualia eleuare te gestit. sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans: cupit enim suæ naturæ participes, ad subtiliorem motum quam in paruo nidulo fundi exerceri soleat, inducere; significans spiritus proprij alas, & pennas excreuisse, ac tantum virium acquisuisse, ut pondus inferioris hominis ad superiora leuare possit. Quia vero volitando super eos inuitat, adhuc non sed sit pullorum alis ex toto, ne forte viribus destituantur; sed solum invitat, modum, & locum voluti aptum ostendendo. quia nimicrum licet hoc loco in regione proprij spiritus eleuetur, & dilatetur; maior tamen est eius spiritualis visus, quam

Kk 3 con-

a Proverb. x.